

d
c



17

(10)

Generalprüfung

f



DN. 700 255.

18

AD
ACTUM ORATORIUM

ipſo, ſumma cum Populi univerſi lætitia,
exorto

FESTO NATALI

SERENISSIMI PRINCIPIS REGII

FRIDERICI AUGUSTI,

Electoralis dignitatis Hæredis, Ducis Saxonix, Julix,
Clivix ac Montium, nec non Angriæ & Weſt-
phaliæ, &c. &c. &c.

Principis ac Domini noſtri Clementiſſimi,

Nempe

Die 7. Octobris 1700. hora I.

habendum

Dn. Mæcenates, Patroni, Fautores

ac Amici

humaniſſime officioſiſſimeqve

invitantur

M. GODOFREDO STEINBRECHERO,

• Rect. Torgent.

TORGÆ,

Typis JOHANN. ZACH. HEMPII.





OMne Trinum quamvis perfectum jure meritoque ju-
 dicetur, secundum illud Sapientis: *FILUM TRIPLICA-
 TUM NON FACILE RUMPITUR*; non minus tamen æstimii
 pariter ac deliciii in *UNITATIS* numero poni, in confesso
 est: Unum enim eo ipso, quod Unum est, carius habetur ac
 jucundius. Unus ille rerum omnium potentissimus DEUS
 tenerrimum Parentis in unicum filium, amorem affectum-
 que ostensurus, Abrahamum Patrem illum fidei præcellentia
 ac constantia egregium, egregie quem charum habeat, fili-
 um unicum uniceque dilectum suum mactare jubet, non si-
 ne ingenti naturæ stupore ac horrore. Prudentissima illa
 mulier Thecoensis, orbitatem & mariti & filii mentita, quum
 animo Regis pietate insignis Davidis, à degenerare filio Abso-
 lone averso placando studeret, esse, aiebat, qui scitillam su-
 am unicam, filium nempe fratricidam, extinctum irent, quo
 Rex audito vel amore in unicum hunc motus filium, ab eo
 supplicium neutiquam persequendum esse censebat. Re-
 gum Rex ille omnium optimus, maximus, Salvator noster
 dulcissimus, misericordia in matrem viduam, filioque uni-
 co orbatam tactus, defunctum in vitam miraculosa voce
 revocatum, restituendum quod curaverit matri mœstissi-
 mæ, haud ita dudum è sacra cathedra percepimus. Sic & DE-
 US ipse numero Unitatis gavisus, imperium amat Monar-
 chicum, quippe Unus ille gentis humanæ Pater atque Custos,
 qui Gentilium ac Papistarum diis commentis exclusis planè
 ac explosis; Unus cœlis imperat terrisque, cui nec viget quic-
 quam simile aut secundum: cum alioquin Ens esse perfe-
 ctissimum nequeat. E cœlo in terram si deflectamus ocu-
 los, naturam etiam Monarchici Ordinis studiosam esse de-
 prehen-

prehendimus: Aviculæ adhærent uni Regi: Grues, Paleme-
dis illi alites aut Ibici ultores, sequuntur unum Ducem. Uti
etiam in Polo unum admiramur solem, ita unum in Foro
veneramus Principem. Quemadmodum enim ex Prover-
bio: *IMPERATORUM MULTITUDO CARIAM PERDIDIT*: sic effato
Sapientis, *OMNIS POTESTAS IMPATIENS CONSORTIS EST, NEC REGNA-*
ait Seneca, *SOCIUM FERRE NEC TÆDÆ (conjugia) SCIUNT*. Qua-
propter Alexander M. Dario Regi, partem cum Filia offeren-
ti respondit: *NEC MUNDUM DUOS SOLES, NEC REGNUM DUOS*
REGES FERRE. Et Ulysses apud Homerum Iliad. 2. ad Therfi-
tem ait: *σὲν ἀγαθὸν πολυκισσῶν* (ingeniose Augustus: *σὲν ἀγαθὸν*
πολυκισσῶν) *εἰς κοίραν ἔτω*, i.e. non bonum multorum domina-
tio, Rex unicus esto. Et Corn. Tacitus semper, inquit, Rei-
publicæ administrationem restituendam tandem Monar-
chiæ, & eò apud Romanos post multam malorum experi-
entiam decursum, vel invitis ex motibus & seditionibus.
Quam enim miserè laceratæ, quam horrendas mutationes
perpeffæ sint provinciæ ac regna, quibus plures simul im-
perarunt Principes, docet Regnum Israëlitarum, & quadru-
plices olim Monarchiæ nec non aliorum quam plurimorum.
Sed hac de re dicere iussi sunt, qui provinciam dicendi su-
sciperunt suoque Marte, non sine ultima laude, Orationes
rerum ac venustatum refertas conscripserunt Juvenes tres à
Nobilitate Generis, morum Probitate ac egregio literarum
profectu jure commendandi, è quorum numero

I. CHRISTOPH. HEINRICUS à GLOBIG, Eques Saxon.
in genere dicturus est de Reipublicæ Mutationibus.

II. JOHANN. CHRISTOPH. MULLERUS, Prodlens. Saxo,
illam optimam Reipublicæ formam esse, in qua
quippe Monarchica, temperatâ tamen Aristocratiâ,
SUCCESSIO locum obtinet. Hinc

III. DANIEL FRIDERICUS LINDNERUS, Artzbergen-
sis, meritò gratulatur Saxonix de Serenissimo Electo-
ratus SUCCESSORE Regio Principe, **FRIDE-**
CO AUGUSTO, &, exorto hodie Ipsius
Serenitatis Die natali exoptatissimo, pro tanti Princi-
pis vita proluxa ac incolumitate perpetua vota facit
devota

devota, nec non unà cum jam laudatis commilitoni-
bus in celeberrimas Academias abiturus, quas debet,
gratias, omnium nomine, persolvit DEO, Patronis
Parentibus ac Præceptoribus.

En itaque B. L. Unum illud desideratissimum inq̄ve deliciis
habendum, in manibus gestandum, fovendum, amplecten-
dum Pignus *ἡρώδοτον*, unicum nostrum Regio titulo coruscan-
tem Principem ac Electoralis dignitatis Successorem cle-
mentissimum, à Quo uti spes ac salus reip. secundum DE-
UM pendet: ita Nobilissimi ac honoratissimi Dn. Mœce-
nates, Patroni Collegæ ac Amici haud dedignabuntur à No-
bis submissee perq̄ve amanter invitati, Actui huic interesse
Oratorio & salutem tanti Principis juxta ac Serenissimorum
Parentum Deo O. M. prece seria votoq̄ve ardentissimo com-
mendare. Quæ modo cunq̄ve à nobis proficisci pos-
sunt, officia pollicemur mutua nulloq̄ve non
tempore promptissima. Dabam è Schola
illustri Torgensi d. 7. Octobr.

Anno 1700.



78 M 437

ULB Halle
001 515 276



3


TA → OL

kein Rest.

nur 51. Stk verwendet bisher

I

10/17



011.700 255.

18

AD
ACTUM ORATORIUM

in Populi universi lætitia,
exorto

NATALI

MI PRINCIPIS REGII

CI AUGUSTI,

læredis, Ducis Saxoniae, Juliae,
, nec non Angriae & West-
, &c. &c. &c.

mini nostri Clementissimi,

Nempe
obris 1700. hora I.
habendum

, Patroni, Fautores

Amici

me officiosissimeqve
invitantur

à
O STEINBRECHERO,
St. Torgent.

ORGÆ,
NN. ZACH. HEMPIL.

